



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 56. Hæc asserta a Panormitano oppugnata, & Eugenius ab eodem  
defensus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

*contumaciam in rebellione persistens, Ferram Sæcul. XV.  
riæque conciliabulum erigens, seipsum pertinacem declarat.*

A.C. 1439.

## §. LVI.

*Hæc asserta a Panormitano oppugnata, & Eugenius ab eodem defensus.*

Hæc octo propositiones ita concinnatæ *Æn. Sylv.*  
pleno in confessu perlegebantur, præloc. cit. p. 4.  
sentibus cunctis, qui Basileæ congregati  
erant. Postquam omnes ut viritim suam  
edicerent sententiam, rogati fuerant, po-  
tior eorum pars easdem calculo suo ap-  
probare aggrediebatur, cum ecce! subi-  
to consurgit Archiepiscopus Panormita-  
nus, post accerrimus Eugenii Papæ hostis:  
Iste hæc principia gravissimis rationum  
momentis impugnavit, & cum in prima  
Synodi dissolutione pro illius auctoritate  
stetisset, jam in hac postrema pro Euge-  
nio Papa agmen duxit, eumque ob spreta  
Basileensis Synodi decreta nequaquam  
hæreticum esse, invicte demonstravit.  
Hunc præter reliquos suos Oratores Al-  
phonsus Arragoniæ & Siciliæ Rex ea  
tantum de causa Basileam destinaverat,  
ut omni via ac studio Eugenium Papam  
defenderet. Burgensis quoque Episco-  
pus Pontificis partes tuendas suscepit, a-  
liquibus tamen duntaxat conclusionibus

H h 5 fese

Sæcul. XV. sepe opponens : cum enim harum tres  
A.C. 1439. priores quæstionem juris, reliquæ vero  
factum, & Eugenii Personam tangerent,  
ille omni nisu has posteriores utpote Pon-  
tifici injuriosas confutavit. Cuncta illa  
fuere agitata in quadam Congregatione  
in qua præside Cardinale Arelatensi, Ni-  
colaus Amici Parisiensis Theologus su-  
fragia collegit, & Joannes Dienlifist na-  
tione Scotus Secretarii munere fundis-  
est. Evidem Panormitanus in sua O-  
ratione, cuius summam Æneas Sylvius  
recitat, Synodum Papa esse superiorum  
afferebat, ejusmodi tamen doctrinam ad  
fidei dogma extolli posse omnino neg-  
bat. *Quod si forsitan, inquit, in prima*  
*dissolutione peccasset Eugenius, nequam*  
*tamen adversus ipsum tanquam haereticum*  
*procedi posset. Ejus orationem*  
*laudatam magis, quam approbatam, id*  
*tamen efficaciam habuisse testatur Sy-*  
*vius, ut postea verbum Relapsum ex con-*  
*clusionibus tolleretur, in ejus locum subsi-*  
*stituta voce, Prolapsum.*

## §. LVII.

*Joannes Segoviensis Panormitanum*  
*confutare conatus.*

Panormitani orationem Joannes Segoviensis Theologus longe peritissimus ex Collegio Salmanticensi confutandam suscep-